

Cap. XIII. Putas¹ neminem debere — sive confitentem (= *Hincmar cap. 17*).²

Cap. XIII. Quando³ veritas praedicatur — fuerit coronatus (= *Hincmar cap. 18, erste Hälfte*).

Cap. XV. Occidere⁴ hominem non semper criminum est, sed malitia, non legibus occidere criminum est. Non ergo factum in talibus, quia interdum et recte fit, sed animus male consulens dampnatur.⁵

Cap. XVI. Xerxes⁶ rex Persarum — elegissent (= *Hincmar cap. 14*).

Cap. XVII. In⁷ disciplina nostra — penitenti (= *Hincmar cap. 18, zweite Hälfte*).

[Cap. XVIII.]^a Deus⁸ felicitatis auctor et dator, quia solus est verus Deus, ipse dat regna terrena et malis et bonis, felicitatem vero dat nisi bonis. Ideo regna terrena et bonis ab illo dantur et malis, ne eius cultores adhuc in propectu animi parvuli haec ab eo munera quasi magnum aliquid concupiscunt.

[Cap. XVIII.]^b Interest⁹ inter cupiditatem humane gloriae et cupiditatem dominationis. Nam licet proclive sit, in quid humana gloria nimium delectatur et dominari ardentis affectet, tamen qui veram licet humanarum laudum gloriam^c concupiscunt, dant operam^d bene iudicantibus non displicere. Sunt enim multa in moribus bona, de quibus multi bene iudicant, quamvis ea multi non habeant, per ea bona morum nitantur ad gloriam^e et imperium vel dominationem. Quisquis autem sine cupiditate gloriae, qua^f veretur^f homo bene iudicantibus displicere, dominari atque imperare desiderat, etiam per apertissima scelera querit plerumque obtinere, quod diligit. Proinde qui gloriam concupiscit, aut vera via nititur aut certe dolis atque fallaciis contendit, volens bonus

^a) Kapitelangabe fehlt Hs. ^b) Kapitelangabe fehlt Hs. ^c) glōriam Hs.
^d) opera Hs. ^e) glōram Hs. ^f) quieretur Hs.

¹) *Augustin ep. 93, CSEL. 2, 449 Z. 16—450 Z. 3; 450 Z. 19—22; 361 Z. 3—9. Der letzte Satz ist bei Augustin nicht ermittelt.* ²) *Hincmar gibt noch einen Zusatz nach Gregor.* ³) *Augustin ep. 93, CSEL. 2, 464 Z. 23—465 Z. 7.* ⁴) *Rufin, Comm. in symb. apost. cap. 40, Migne 21, 377.* ⁵) *Vgl. Hincmar cap. 24 Anfang.* ⁶) *Orosius, Hist. adv. pag. II 9, CSEL. S. 102 Z. 14—S. 104 Z. 17.* ⁷) *Augustin, De civ. Dei IX 5, CSEL. 1, 415 Z. 2—17.* ⁸) *De civ. Dei IV 33, CSEL. 1, 206 Z. 30—31; 207 Z. 3—4, Z. 8—10.* ⁹) *De civ. Dei V 19, CSEL. 1, 251 Z. 23—252 Z. 2, Z. 3—9, Z. 15—18, Z. 20—23.*